

Si iniquitates observaveris, Domine, * Domine, quis sustinebit ?

Quia apud te propitiatio est, * et propter legem tuam sustinui te, Domine.

Sustinuit anima mea in verbo ejus, * speravit anima mea in Domino.

A custodia matutina usque ad noctem, * speret Israel in Domino.

Quia apud Dominum misericordia, * et copiosa apud eum redemptio.

Et ipse redimet Israel * ex omnibus iniquitatibus ejus.

Ÿ. Requiem æternam dona eis, Domine,

R. Et lux perpetua luceat eis.

Ÿ. Requiescant in pace. R. Amen.

Ÿ. Domine, exaudi orationem meam,

R. Et clamor meus ad te veniat.

OREMUS.

Fidelium, Deus, omnium conditor et redemptor, animabus famulorum famularumque tuarum remissionem cunctorum tribue peccatorum, ut indulgentiam, quam semper optaverunt, piis supplicationibus consequantur ; qui vivis et regnas in sæcula sæculorum. Amen.

Ÿ. Requiescant in pace.

R. Amen.